



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XVI. Der Probst Nicolaus in Spandow bezeugt, daß er die Einkünfte der Kirchen in Bornim und Golm empfangen, am 11. April 1280.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

phie, Lodewico, Henningo, gotfrido, mei meeque vxoris aleydis et mei patui Lodwici puerorumque meorum cum animabus omnium defunctorum fidelium attentius celebrentur. Jam dictus dominus hanc collationem obseruabit, donec a meo domino Inclito principi Ottone longo proprietatem dictorum manforum poterit impetrare. Testes huius facti sunt dominus heyne et dominus Nicolaus dicti de grobene, Dominus alluic, dominus gerhardus cognomine barbe, dominus ebel dictus sunitinc, dominus Johannes de bredowe, Heyneekinus filius domini heynnen de grobene. In huius collacionis testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. in die sancti Johannis baptiste.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

XVI Der Probst Nicolaus in Spandow bezeugt, daß er die Einkünfte der Kirchen in Bornim und Golm empfängt, am 11. April 1289.

Reverendo domino suo et in Christo patri domino Johanni preposito, Conrado priori totique conventui ecclesie Brandenburgensis, Nicolaus prepositus et conventus dominarum in Spandow. Post cursum presentis laboris eternum bravium reportare. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod propter deum principaliter et favore speciali, quo nos dominus prepositus et conventus ecclesie Brandenburgensis profequitur, cenobio Spandowensi indulgit, ut possint reditus ecclesie de Bornam et Golm villis in cenobii necessarios usus converti ita quod ibidem vicarius statuatur, cui tantum relinquatur juxta consilium dyocelani ac archidiaconi, quod honeste valeat vivere et facere de ipsa ecclesia, que jure fuerint facienda. Preterea loco cathedralici presentabit domino preposito Brandenburgensi, qui pro tempore fuerit, in ecclesiis Bornam et Golm, singulis annis in summa synodo fertorem argenti Brandeb. monete et ejusdem ponderis, salva procuracione synodali, que preposito, ut prius, ibidem debetur. Ut autem hec predicta illesa et inconvulsa perpetuis temporibus permaneant, predicta omnia expresse conscribi fecimus et sigillis domini prepositi Nicolai et conventus fecimus communiri. Acta sunt hec in ecclesia Brandenburgensi et in summa synodo, presentibus hiis testibus, qui rogati istis omnibus interfuerunt: domino Thiderico preposito Lyzekenfi, domino preposito Bartoldo Stolpenfi, domino Brunone, plebano Berlinensi, domino Dengero, vicario nove civitatis Brandenburg, et aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>. in summa synodo, que fuit in die Leonis pape.

Nach dem Originale aus Hefsters Mittheilung.